i Prefatio. prefatio beate virginis babet. lxx. di. sanctor reliquas babes de cō. di. i. iuenimus.
k Regularius. i. regulare ē vt dimittat nō vt dicatur simile. vij. q. i. §. cuz autē: ibi eni cōparatiuū ponit electiue h pōit negatiue sic minus. i. nō. ff. de tributo. illud.

Exparte. Breue ē. ꝛ ſm Post. determiant q̄ttuor questiones. nā p̄mo querebat an sacerdos post sacramēta sūpta pfundere debeat man⁹. secundo cum quo liquore. tertio vtrū illā pfusionē debeat sacerdos sumere. q̄rto an post illā sūptā debeat seu possit iter celebrare: ꝛ in effectu r̄ndet h papa ad oēs qōnes. Nam dz manus p̄mo pfundere cū vino ꝛ vinū perfusionis sumere nisi sit celebratur⁹ aliā missaz: ꝛ post pfusionē sumptā nō pōt aliā celebrare ꝛ itellige vt dixi in. c. ꝯsuluisti. s. eo. nā hoc pcedit tā i festo natiuitatis dn̄i q̄ alia necessitate: ꝛ ex hoc declarat iste tex. Ab. sic.

l Uino. querebatur quo perfūdere dz sacerdos man⁹ suas r̄ndit q vino.

m Perfūdere. man⁹. s. post pceptionez corporis ꝛ sanguinis domini.

n Totum. bn̄ dicit q2 vel totum recipiat vel nihil. de cō. dis. ij. comperimus.

o Ne si forte. q2 sacramēta a ieiunijs sunt pcipenda. vij. q. i. nihil. de cō. di. v. vt ieiuni. lxv. di. quod a p̄ribus: ꝛ. s. de tēpo. or. l̄ras. Ideo dicit forte: q2 quorūdā ē opinio q quicqd admiscet sanguini: sanguis efficitur. ar. s. ti. pxi. qd in dubiis: ꝛ ſm illos: q pfusionē acceperit ieiunus erit: sed poti⁹ videtur dubitatiuū illud forte ꝛ illa opi. h euacuat: sed magis affirmatiue vr̄ poni qd ꝯsuetudo iterpretat: q2 sic obseruatur: q̄ est optima legū iterpres. s. de ꝯsue. cū dilect⁹. sic ponitur. xxxiij. q. ij. admonere: ꝛ. s. de pcu. tue: ꝛ sic ē arg. q nō ē ieiunus qs postq̄ bibit: sz post medicinā sumptā vr̄ q nibilominus possit celebrare q2 medicina nō cōputat iter alimenta. ff. de pe. l. non oē qd bibet. Sed nō est ver q2 si nō debet post pfusionē multomin⁹ post medicinā: q2 i bonore tanti sacramēti pri⁹ summi dz corpus ꝛ sanguis dn̄i: de cō. di. ij. liqdo: ꝛ. vij. q. i. nibil: ꝛ anteq̄ cibus gestus sit corpus xp̄i sumi non debet de con. dis. ij. trib⁹ qd si ꝯficeret sacerdos post aliquē cibū vel potū sumptū male faceret tamē conficit. de ꝯse. di. ij. liquido. Hug. dixit ꝫ super decre. illo. lxv. di. quod a patribus.

e Necessitatis. Sed quā dicit necessitatē? R̄ndeo si celebrauit de die ꝛ postea etiā moriat aliqs vel etiā cā bonestatis vel vtilitatis: vt si dicta missa de die supueniat aliqua magna p̄sona q̄ velit missam audire. ar. s. e. c. i. ꝛ. ij. alias ergo sufficit q vnā missam celebret qs in die: de cō. di. i. sufficit. ꝛ. j. e. te referēte: nec expresse probibetur qn plures possint celebrari: ex eo q dicit sufficit: vnde pōt vnā celebrare d die ꝛ alias pro defunctis ꝛ quotiens celebrat totiēs sumat corpus xp̄i ꝛ sanguinem: de con. di. ij. comperimus. ꝛ. c. tribus.

Consilium. Cōis diuisio. secūda pars ibi: inquisitioni. Et in boc errāt multi sacerdotes qui cōiter in missa cōmemoratiōis marime beate Marie virginis dicunt gloria. Ab. si.

Cum marthe. Tria sunt dicta. que patent p. §. secundū ibi: quesiuisti. tertium ibi: tertio loco. Ab. si.

p Mysteriū. illud ē vbuz de quo q̄siuit. s. quis adiecit illud in canone misse.

q Dixisse. ar. ij. q. v. ꝯsuluisti. s. de trāsla. iter corporalia: sed h cū ratiōe est additum. xxxiij. q. ij. quos deus: ꝛ. j. e. §. ex eodem. in fi.

r Alia duo. s. eleuatis oculis in celū: ꝛ eterni testamēti prout sequitur.

s Multa. multa eni ſuat ecclesia que ab apostolis non sunt tradita que tñ cum sint longa consuetudine approbata nō sunt minoris auctoritatis: vt. xi. distin. ecclesiasticarum. xij. di. illa.

t Beati⁹ ē dare. xvi. q. i. pdicator: q2 dādo placet bō: accipiēdo displicet: vñ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

vsus. Tpib⁹ nris qcūqz placere laborat. Det capiat ḡrat pluria pauca nihil.

a Abortiuo. ℙPaulus appellat seipsum abortiuū: q; sicut fetus abortiu⁹ cū labore ⁊ angustia ⁊ attractione ad lucē attrahit ita ℙPaulus cū attractiōe venit ad fidem. xxiij. q. iiij. displicet. ⁊. c. q; nos.

b Sunt omissa. nam qō legib⁹ omissuz ē supplenduz ē a iudice. ff. de testi. q̄sitū. ⁊. s̄. de elec. cū nobis ⁊ vomin⁹ qñqz diminute virit. xvi. q. vij. ⁊ b virim⁹ ⁊ ipsi⁹ facta supplem⁹: ⁊ p̄ria suis fcis facimus ⁊ iuste p vsuz ecclesie diu factum ad hoc vt iustū p̄sumi debeat. ō cō. di. ij. ligdo ⁊ sufficit q; liquido sit diu seruatum ad hoc vt p̄esumi debeat vel apostolū vel aliū iustū auctorem habuisse. xi. di. ecclesiasticarum. xij. di. illa.

c ℙProbabilius. Mo. arg. q; er quo qñqz leuauit q; postea leuauerit. i. q. i. iudices. in fi. ⁊ arg. ex eo q; quis facere cōsueuit. xxviij. di. que sūt culpe. ī. de pig. illo vos. ff. de vsu. q se misses. i. rñ. ff. de vi. tri. ⁊ ole. leg. ex vsu. ff. de pecu. leg. vñs sticho. §. testō. ff. de fun. īstru. delanionis. ff. asinam. ⁊. ff. de leg. i. si seru⁹ populū. §. si numerus numero⁹. ⁊. ff. ad mace. inter. §. q; vs. Jo.

d Et eterni. Bostēdit q̄re ad ictum fuit ⁊ eterni. Ber.

e Immobile perseuerat. C. de sa. san. ec. l. i. C. de test. qñ indignū. xiij. q. ij. c. vlti.

f Nō valet. ambulatoria enī est voluntas defuncti vsqz ad supremū vite exitū. ff. de adimē. le. l. iiij. ff. ō dona. īter vi. ⁊ vro. cū b stat⁹. §. p̄tiā. ⁊. C. de codi. l. iiij. C. qui test. face. pos. si quis. vñ pōt mutari testamētū etiā si pactū īteruenit ne possit mutari. C. de pac. pactū qō votali ēt si fuerit p̄ncipē ꝯfirmatū. arg. C. de testa. oīum: q; nemo hāc legē sibi dicere pōt: vt a priori testamēto sibi recedere nō liceat. ff. ō le. iij. si quis in prin. i. rñ.

g Dicentes. de cōse. dis. ij. ego berengarius.

h Sanguinis vitatē. de corpore xpi tres sūt opi. vna dicit q; illa substātia q̄ prius fuit panis ⁊ vinū postea fit corpus ⁊ sanguis xpi. ō cō. di. ij. panis in altari. ⁊. c. q; corpus: secūda tenet q; substātia panis ⁊ vini desinit eē: ⁊ tñ accidētia ipsorū remanēt. s. sapor color ⁊ pōdus ⁊ sub illis accidētib⁹ ē corpus xpi: ⁊ b approbatur. s̄. de sū. tri. ⁊ fi. catho. c. i. tertia dicit q; remanet substātia panis ⁊ vini ⁊ ī eodē loco ⁊ sub eadī specie est corpus xpi. Jo.

i Exemplū. de con. di. ij. nō oportz nos enī ⁊. c. forte dicas ⁊. c. i qb⁹. ⁊. c. semel mortu⁹ ē.

k Sacramentū. i. q. i. multi seculariū: ō cō. di. ij. sacrificiū

l Veritas. sicut ipsi heretici dicunt.

m Mysteriū fidei. de cō. di. ij. forte dicas: ⁊. c. in quib⁹. ⁊. c. semel. mortuus: ⁊ b ostēdit q̄re dicatur mysterium.

n Sacramentū. i. sacre rei signū: de cō. di. ij. sacrificium.

abortiuo⁸ visus est ⁊ mihi. Jp̄i etiā euangeliste mutuo inter se suppleuisse legūtur que ab eorum aliquo vel aliqbus fūt omissa[b]. vñ cū tres euāgeliste posuerūt: hoc est corpus meū: solus Lucas adiecit qō. p vobis tradet. ⁊ cū Matthe⁹ ⁊ Marchus dicant. p multis: Lucas dic̄. p vobis. Matthe⁹ aūt i remissiōz peccatoz adiunxit. Ceterū ea q̄ ad dūtur ī canone misse possūt ex aliis locis euāgelij cōprobari. Joannes enī suscitationem lazari describēs: ieiuz sursuz oculos leuasse asserit ⁊ dixisse. ℙPater gratias ago tibi quoniā audisti me: ⁊ infra. Si tūc igit in celum oculos leuauit ad patrem qui ad corpus eraie aiam lazari reuocauit: ꝓbabilius[c] cē videt q; tūc oculos eleuauerit ad patrē in celū quū panē ⁊ vinū ī corp⁹ ⁊ sanguinē. p̄p̄riū ꝓmutauit. Ceterū sicut superi⁹ ē exp̄ssuz cum in textu euangelico noui testamenti ponatur: hic iterpōit ⁊ eterni⁹. nā vetus testamētū quod hyrcorum ⁊ vitulo⁹ fuit sanguine dedicatū: tēporalia. p̄mittebat. nouuz autem qō est xpi sanguine ꝓsecratuz: promittit eterna: ⁊ ideo testamentū illud fuit vetus transitorium: hoc autem nouum est ⁊ eternum. vel vt vtamur alia ratione: vnde nouum. i. vltimuz esse describitur: inde eternum. i. perpetuū comprobatur. nouissimum eteni hominis testamentum morte īmobile[c] p̄seuerat: q; testatoris obitu confirmat. iuxta qō apostolus: testamentū in morte asserit confirmatum alioquin nō valeat[d] dum vixerit qui testat. ℙPreterea nō solū scriptura: sed etiā promissio dicit testamētū. iuxta quod apostolus ipe scribit: iō noui testamēti mediator est vt repromissionem accipiant qui vocati sunt hereditatis eterne. Sic ergo ītelligi debet quod in ipso canone reperitur hic est enī sanguis me⁹ noui ⁊ eterni testamenti. i. noue ac eterne promissionis. s. confirmatur sicut dominus repromittit: qui manducat ī quiens carnem meaz ⁊ sanguinem meum bibit: habet vitam eternaz. Ex eo autez verbo de quo mouit .F.T. questionem videlicet mysterium fidei: munimentuz erroris q̄daz trahere putauerunt dicentes[e] in sacramēto altaris non ē corporis xpi ⁊ sanguinis veritatem[b] sed imaginez tantū ⁊ spēm ⁊ figuram .p eo q; scriptura interdum cōmemorat id quod in altari suscipitur esse sacramentū ⁊ mysteriū ⁊ exemplu⁹[i]. sed tales ex eo laqueuz erro-

o Secundum est sacramentum. de conse. distin. ij. hoc est qō dicimus ⁊. c. dupliciter.

p Sed primuz. s. forma panis ⁊ vini est sacramentū gemine rei. i. corporis xpi: ⁊ vnitatis ⁊ ita est figurans tantum.

q Secundum. i. corpus xpi est sacramentū. s. vnitatis: ⁊ est sacramentu. s. specierum panis et vini: ⁊ ita est. signans ⁊ signatum.

r Tertiū vo. s. vnitas est res siue signatū gemini sacri. i. duoz sacramentorū: precedentiū. i. corporis xpi quod est sacramentum vnitatis et specieruz panis ⁊ vini q̄ sunt sacramentuz corporis xpi: ⁊ ita istud tertiuz est tñ signatum per illa duo sacra spēs panis ⁊ vini ⁊ corporis xpi. p̄mū vero est tñ sacramentū signans. scōz est signās ⁊ signatum. tertium est signatum tñ.

s Credimus. cōcludit ex p̄missis solutionē p̄ncipalis qōis ⁊ de hac habes. xi. di. ecclesiasticuz.

Quesiuisti. In sacramento altaris aq̄ cū vino transubstantiatur ī sanguinē. b. d. vsqz ad .§. tertio loco. Hb. fi.

t Illa duo. s. sacra que fluxerūt de latere xpi. s. aquā ⁊ sanguinez. ī. corin quadam.

v Veritas. idest caro ⁊ sanguis.

x Et figura. i. species panis ⁊ vini.

y Trāsubstantiantur. i ta qō desinit ibi esse aq̄ ⁊ vinum.

z ℙPhysici. qui dicunt q; aqua ⁊ vinū nō commiscetur p minima. i. ñ ita q; īsepabilia sint ꝙ talis sepatio impossibilis vel difficilis videtur postq̄ bene admixta sūt argu. ff. de acqui. re. do. adeo. §. cum quis. ⁊ de con. di. ij. cū omne versus finem.

a Potest dici. hec est tertia opinio.

b Transit. cōtra istos est quia si quis sumpserit hanc aquam cū sanguine iam non erit ieiunus: ⁊ ita illa die nō poterit cōficere. s̄. e. ex parte: sed contra de consec. dist. ij. relatum. ⁊. s̄. eo. titu. consuluisti. ⁊ ca. ex parte.

ris icurrūt q; nec auctoritates scripture ꝓuenīēter intelligunt: nec sacramenta dei suscipiūt reuerēter. si enī q; figura ē sacramētū[k] altaris veritas[l] esse negat: ergo nec mors nec resurrectio xpi cū figura sit veritas est credēda. siquidē mortem ⁊ resurrectionē xpi similitudinem ⁊ imaginem cē apostolus manifestat: xp̄s inquiens mortuus ē. p. delictis nostris: ⁊ resurrexit. ppter iustificationem nostram. Apostolorum etiaz p̄inceps ℙPetrus sic in epistola sua scribit: Christus passus ē p̄o nobis relinquens vobis exēplum vt sequamini vestigia ei⁹ sic ergo taz mors xpi q̄z eius resurrectio est exemplū vt ⁊ nos peccato mortui iusticie iam viuamus. Quare si nō fuit veritas quia fuit exēplū: ergo nec vere mortu⁹ fuit xp̄s nec vere a mortuis resurrexit sed absit a fidelīū cordib⁹ error iste cū. ppheta de ipso testet q; vere lāguores nostros ipe tulit ⁊ dolores nostros ipse portauit. Dicit tamē mysteriū[m] fidei quoniā aliō ibi creditur q̄z cernatur: ⁊ aliud cernitur q̄z credatur. cernitur species panis ⁊ vini: ⁊ creditur veritas carnis ⁊ sanguis xpi ac virt⁹ vnitatis ⁊ charitatis: ⁊ infra. Distiguēdū ē tñ subtiliter īter tria que sūt in hoc sacramento discreta videlicet formam uisibilē. veritatē corpis ⁊ virtutez spūalē. forma est panis ⁊ vini: veritas carnis ⁊ sanguinis: virtus vnitatis ⁊ charitatis. ℙPrimū ē sacramētuz[n] ⁊ nō res. scōz[o] est sacramentū ⁊ res. tertiū ē res ⁊ nō sacramentū. Sed p̄mū[p] ē sacrm gemine rei. secūdum[q] ē sacramētuz vnius ⁊ alterius res exist. tertiū[r] ē res gemini sacri. Credimus[s] igit q; formaz verboz sicut in canone repitur ⁊ a xp̄o apostoli: ⁊ ab ipsis eoruz acceperit successores. Quesiuisti ēt vtrū aqua cū vino in sanguinē cōuertat. sup hoc aūt opiniones apō scholastico variātur. Aliq⁹ enim videt q; cū de latere xpi duo p̄ecipua fluxerit sacramēta redemptionis in sanguine ac regeneratiōis ī aqua: in illa duo[t] vinum ⁊ aqua q̄ cōmiscētur in calice diuina virtute mutantur: vt ī hoc sacramēto plene sit veritas[v] ⁊ figura[x]. Alij vero tenent q; aqua cum vino trāsubstā tiant[y] in sanguinez: cum in vinum transeat mixta vino: iz physici[z] cōtrarium asseuerent: qui aquam a vino p artificium posse asserunt separari. ℙPreterea p̄t[a] dici q; aqua non transit[b] in sanguinez: iz remanet prioris vini accidētibus circū-

a ¶Prioris.licet logici dicāt q accidētia nō possunt pmutare subiectū qō verū est sm naturā:hz hic natura cedit miraculo: vt lra dicit.

b ¶Et infra:sub b.j.ponitur alia opinio que ponit in antiqua cōpilatione que est.j.e.ti.in quadam.

c ¶Probabilior.nunqd h diffiniuit vt papa nobis phibens alias opiniones an vt doctor vt nō ponat nobis necessitatem eius:ergo opinio est amplectenda:vt.s.ō fer.capellanus:ꝛ tamē non videtur aliquaz reprobare.s.de resti. spol. litteras.

d ¶Cum vino.i. vinuz aquaticum: nō enim trāseunt duo in sanguinē: hz vinū quod aquaz sibi incorporabit:ꝛ ita exponeaquam cū vino idest cō pactum vel composituz ex eis:hec expositio ē sm illam opinionē que asserit:q aqua cū vino trā substantiat in sanguinē ꝛ illa probabilior est: vt dicitur h.

e ¶Eluceat:alias eluce scat.

f ¶Populi.Multi de cō.di.ij.cū omne:ꝛ distinctione.iiij.proprie.

g ¶Suscepit ipse:de cō se.di.ij.in xpo patri.

¶Tertio loco.

Oratio que dicitur in secreto i festo sancti Leonis īmutata ē. quia vbi dicebatur:annue nobis domine vt anime famuli tui leonis hec pfit oblatio:hodie dicit vt iter cessiōe beati Leonis hec nobis prosit oblatio: Et hec mutatio ꝓtingit:qa sancti nostris orationib⁹ nō indigēt:sed nos tuis hoc dicit vsqz ad finem. Abbas siculus.

h ¶Idem est.ratiōe.ar. vbi est eadem ratio debz esse idem ius.ff.ad.l.ag. illud:equitatis enī ratio similia iura suadere videt.C.ad.l.fal.l.vl.ꝛ.s. de confir. vti.cū dilecta. vbi de hoc.

i ¶Inuestiget.sed quaꝛ papa ponit hunc casuz i hanc dubitationē vtruz hēat locū hic illa distinctio vel non cū augu.dicat q nō p valde malis ppitiatōes sūt.xiij.q.ij. tēpus forte.ideo qꝛ dubium ē q mediocriter mali appellant:si enim illi tantum appellant mediocriter mali q nō decesserunt i aliquo mortali peccato: sed tantū i venialibus peccatis:hz hoc idem est q mediocriter boni:si autem appellat illos mediocriter malos q decesserunt in aligbus mortalibus peccatis nō tamē valde magnis obstat.xiij.questione.ij. p obeuntibus: vbi dicitur q p nullo ē orādum q decesserit i mortali peccato. Item si preces valent pro illis qui decesserūt i mortali peccato pone q aliqualiter elemosyne ꝛ orationes valeant ad tollendā partem illius pene:sm hoc possiunt tot orationes ꝛ elemosyne fieri q pena tollat tota:ꝛ ita dānatus saluabit:ad h posset dici.q mediocriter mali dicunt q habent multa venialia.mediocriter boni q pauca. vl melius dicas:q mediocriter mali dicunt qui mortalia cōmiserūt peccata hz leuia ꝛ in qbus non est necessaria inscriptio.ff.de accu.leuia:ꝛ in qbus procurator constitui potest.ff.an per aliū cause ap.expos.l.i.ꝛ sm h dicas:q si vnus denarius aliquātam partem pene tollat siue quartā siue tertiam:secūdus tollat tantum:tantū dico in proportione:sed non in quātitate.sm h etiaz si totus mundus effunderetur semper aliqd remaneret idē potest dici de indulgentijs que fiunt in dedicationib⁹ ecclesiarum.B.

¶De homine¶Primo ponitur questio. Secūdo solutio ibi:cū ergo. Ab.si.

k ¶Necessitatē.quia forte dies festus imminet vel funus alicuius.

l ¶Quālibet.i. aliquā quecūqz illa sit.xvi.q.i. mulier. ꝛ.i. q.vij.si quis omnem.

m ¶Suppressis.i.tacitis qꝛ si dicit illa verba quib⁹ cōficitur corpus xpi.

n ¶Pretendit.i.fingit se celebrare.

o ¶Falsa.qꝛ populus vana simulatione nō est fallendus.xx vij.dis.q ītterrogasti: ꝛ.C. de la.li.tol.l.i.§.sed ꝛ qui.

p ¶Que veris sūt periculis grauiora. Jo.sic exponit.i.manifestis periculis.

q ¶Grauiora.q si diceret grauius est peccare occulte q manifeste.xxj.q.ij.certe.xi.q.iij. pcipue cōtra.in hoc enim periculosius est qꝛ occulte peccās nō habet qui eū corrigat.alio autez respectu magis peccat qui publice peccat q occulte:qa prestat alijs exēpluz delinquēdi:vt in.d.c.precipue:qꝛ peccatum suum tuetur rationib⁹ ꝛ sic intelligit illud.xxxij.q.iiij. nemo.ꝛ.xiiij.q.v.penale.tan. intelligit vt iacet lra qm̄ grauius pecccat sacerdos crmīosus q simulat celebrare ꝛ nō celebrat q̄ si crīosus celebraret:qꝛ in primo casu in plurib⁹ delinquit:deum enim offendit ꝛ primum decipit:i secūdo casu solum deum offendit ꝛ iste ē bonus ītellectus: qꝛ talia remedia nullus debet inuenire:qa falsa sunt ex eo q nō cōficit cū videatur conficere:ꝛ ideo grauiora sūt q̄ vera pericula peccatoris q conficit:ꝛ hoc innuit bene lra sequens.

r ¶Grauiter.sic patet q quicūqz est in mortali peccato celebrare nō debet. vi.di. testamentū:ꝛ de consecra. dist.ij. quotidie. ꝛ.i. q. i. sacerdotes sacrosancta:ꝛ ois talis suspensus ē quo ad se.s.ō coba.de.ꝛ multi.c. vlt.hz nō quo ad alios vt ibi nisi sit simoniac⁹ vel notorius fornicator quoniam illi suspēsi sūt quo ad se ꝛ quo ad alios: vt.xxxij.dist.in.§. verum nullus.ꝛ.c.preter hoc: ꝛ.j. de simo.tanta. Sed nunqd talis sacerdos potest celebrare si habeat contritionē cordis qꝛ forsitan dum instat necessitas celebrandi non potest habere cui confiteatur:satis pōt dici quod sic dū tamē habeat ppositū satisfaciendi:ꝛ illud postea q̄cito pōt cōfiteatur: vt.j.de sentē.ercō.ceterο. ꝛ ca. nobis.ij.ꝛ.ca.quāuis.ꝛ.xxvj.q.vi.q recedūt de cōse.distinctione.iij.quotidie.

---

fusa ita q vini saporez assumit.qō inde cōuincitur qꝛ si post calicis cōsecrationez aliud vinum mittatur in calicem:illud quidem non trāsit in sanguinem nec sanguini ꝓmiscetur:sed accidentibus prioris[a] vini cōmixtum corpori quod sub eis latet vndiqz circunfunditur:non madidās circunfusum:ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere:quia si aqua fuerit apposita: vini saporem assumit. Cōtingit igitur accidentia mutare subiectum:sicut ꝛ subiectuz cōtingit accidentia permutare:cedit qppe natura miraculo ꝛ virtus supra ꝓsuetudinem operatur. Sed nec m cōueniens creditur aut absurdum si aqua in corpore christi esse credat cum legatur de ipsius corpore processisse:ꝛ infra[b]. Verum inter opiniones predictas illa probabilior iudicatur que asserit aquam cum vino[c] in sanguinem transmutari: vt expressius eluceat[e] ppietas sacramenti. Nam cum aque multe sunt populi[f] multi: iuxta quod alibi legitur: Beati qui seminat super aqs Ideo vino aqua vnitur vt christo populus adunetur. per hoc enim qō suscepit[g] ipse de nostro ꝛ accepim⁹ ipsi de suo tam insolubili nexu coniungimur vt qui est vnum cum patre per ineffabilem vnitatē fiat[f] vnū nobiscum per admirabilem vnionem:ac per hoc ipso communiter mediante cum patre vnum efficimur. Pater iquit sancte serua eos quos dedisti mihi vt sint vnum sicut ꝛ nos:non pro bis rogo tantū sed pro eis qui crediturι sunt pverbum eorum in me: vt ꝛ ipsi in nobis vnuz sint ꝛ mūdus credat qꝛ tu me misisti. ¶Tertio loco.f. T.requisiuit quare fuerit mutatū quod in secreta beati leonis secunduz antiquiores codices continetur sic videlicz: Annue nobis domie vt anime famuli tui leonis hec prosit oblatio cum in modernis sacramentarijs habeatur. Annue nobis que sumus domine vt intercessiōe beati leonis hec nobis prosit oblatio. Super quo respondemus q cum sacre scripture dicat auctoritas q iniuriam facit martyri qui orat p martyre:idem[h] est ratione cōsimili de sanctis alijs sentiendum:quia orationibus nostris non indigent pro eo q cuz sint perfecte beati omnia eis ad vota succedunt:sed nos potius orationibus eorum indigemus quos cuz miseri sumus vndiq mala nostra perturbant: vnde quod in plerisqz orationibus continetur: Prosit vel proficiat huic sācto vel illi talis oblatio ad gloriam ꝛ bonorem ita debz intelligi vt ad hoc,pfit q magis ac magis a fidelib⁹ glorificet in terris:licz pleriqz reputent nō idignuz sācto⁹ gloram vsqz ad iudicium augmentari:ꝛ ideo ecclesiam interi sane posse augmētū glorificatiōis eo⁹ optare. Ne⁹ vtz i hoc articulo locuz hēat illa distinctio q̄ docet qō defunctoꝛ alij st valō mali: alij valō bōi alij st mediocrit bōi alij mediocrit mal.: vnde suffragia q̄ fiunt a fidelibus in ecclia pro valde bonis actiones sunt grārum:pro valde malis consolatōes viuoꝛ:expiatiōes vo ,p mediocriter bōis:ꝛ ,ppitiatōnes ,p mediocriter malis tua discretio inuestiget[i].

I ¶Dē rectorib⁹ romāe frater.

¶Graui⁹ peccat q simulat ꝓficere ꝛ nō cōficit qz ille q ꝓficit in mortali.

¶De homine:ꝛ infra. Quesiui sti quid de incauto pbytero videat qui cū se sciat i mortali crimine ꝓstitutū missarū solēnia q̄ nō pōt pp necessitatē[k] quālibz[l] itermittere pp sui facinoris ꝓscietiam dubitat celebrare:pactisqz ceteris circūstātijs missaz celebrare se fingit:ꝛ suppressis[m] verbis quib⁹ conficitur corpus christi panez ꝛ vinū tm̄mō pure sumit ita credens p id qō pōtē dit[n] populo satisfacē vt p hoc quod intendit deū non debeat ,puocare ¶ Cū ergo falsa[o] sint abijciēda remedia que veris[p] sūt periculis grauiora:licz[q] is qui pro sui crimis cōscietia reputat se indignum peccet grauiter[r] si se ingerat irreuerenter ad illud:grauius tamē videtur offendere q sic fraudulenter illud p̄sumpserit simulare:cuz ille in solius misericordie dei manū incidat:iste vero non solum deo cui non reueretur illudere:sed populo quem ō cipit se astringat.

I ¶Dem,ferarien.epo.

¶Hic improbat opinionem que habet q in sacramento altaris aq cōuertatur i pblegma:ꝛ ,pbat xp̄z fuisse verum deum ꝛ verū hominez ꝛ q de ipsius latere exiuit vera aqua.

IN quadam. Primo ponit questio. Secundo solutio ibi: Nos igitur. Et ibi primo refert duos errores. Secundo illos improbat ibi: sed aduersus. Tertio ibi: per hoc respõdet principali questioni probans. qꝫ ỽ latere xpi exiuit vera aqua. Quarto ibi: cũ autem. dicit quare de latere xpi exiuit sanguis ⁊ aqua. Abbas siculus.

a ¶ Nostra. s. e. cum marthe. sed illa opinio remota est modo inde.

b ¶ Respõdemus. ad questionem magistri Aug. epi ferrarien. qui opi. predictã secutꝰ fuit. dicebat. n. Aug. si illa fuit vera aqua q̃ de latere xpi exiuit non intelligebat qualiter p illã probat qꝫ xps sit verus homo nec intelligebat sm hoc auctoritatem illã Joan. apostoli nec glosam ibi positaꝫ tres sũt qui testimoniũ dat i terra spiritus aqua ⁊ sãguis: ⁊ hi tres vnũ sunt: ⁊ glo. sup illo loco. sic se habꝫ spiritus. i. humana aĩa quã emisit i passiõe aqua ⁊ sanguis que efflurerunt ỽ latere xpi: sed dato qꝫ illa aqua nõ fuisset aqua: sed aquaticus humor humani corporis tã auctoritas apostoli q̃ glosa intelligibilia sibi videbant. vñ q̃si uit a dño papa vt exponeret sibi p̃dictas auctoritates ⁊ gl. ⁊ ipse respondet.

c ¶ Arriani ⁊ bonosiani. xxiij. q. iij. quidã. ver. bonosiani. sꝫ arriani sũt illi q dixerũt filiuꝫ non coeternũ pri. xxiiij. q. iij. qdã ỽ. arriani. de secta manicheoꝝ nõ habetur. xxiij. q. iiij. quidam: sed forte alibi.

d ¶ Verbum. pater dedit testimoniũ veritatis qñ dixit: hic ẽ filiꝰ meus dilectus i quo mihi bene complacui: filiꝰ dedit testimoniũ veritatis qñ i monte trãsfiguratꝰ potentiã veritatis ⁊ spẽz eterne beatitudinis ostẽdit: spiritꝰ etiã sanctꝰ dedit testimoniũ veritatis qñ sup baptizatuꝫ i specie colũbe requieuit vel quando ad inuocationẽ nominis xpi corda credentiuꝫ adimpleuit.

e ¶ Principaliter. ⁊ ita xps ẽ duo neutri generis. qꝫ ⁊ ẽ deꝰ ⁊ homo. s. ỽ here. cũ xps. lau.

f ¶ Coniunctione. i. ex qbꝰ coniunctis inuisibiliter.

g ¶ Vitalez. sm qꝫ phisici diuidunt spiritum vitalem. s. animam. Lau.

h ¶ Humanũ cum non possit habere in sicco. arg. xxxij. q. ij. moyses: nec corꝰ humanũ vegetari potest nisi per aĩaz. naz si aliquando spiritꝰ malignus corpus mortui hominis subintret: vt. xxvi. q. v. nec mirũ: nõ tñ illud viuificat nec vnũ cũ illo efficitur: ⁊ illud mouet ad instar venti q laruam subintrat: ⁊ mouet ipsam.

i ¶ Dixisset. sic. s. de trãsla. iter corpalia. ⁊. s. de vect. ad audientiã: ⁊ est ar. non esse recedendũ de facili a forma verboꝝ. j. de spõ. er lris. ⁊. C. de libe. pte. l. iij. ff. de iure vo. pmittẽdo. Et ỽ si iuri cõsonat. alias ad iuris periti interpretationẽ recurrendum est. ff. de vsuf. leg. si alij. ar. s. de ꝓsue. er lris. j. ỽ v. sig. pterea ⁊. ff. de le. iij. nõ aliter.

k ¶ Moyses. sic. s. ỽ cõ. di. iij. reuera. hic ꝫ erigitur expssa similitudo inter ea q̃ sũt i nouo testõ: ⁊ ea q̃ sunt i veteri: alibi ñ erigit diuersitas ne videamur iudeizare. ar. s. ỽ sa. vnc. c. vno. v. verũ tamẽ vnctiones ⁊. lau.

l ¶ Illis. s. i frigiditate ⁊ caliditate siccitate ⁊ humiditate quã cõueniẽtiã phisicorum propriuꝫ est assignare.

Dolentes. Duo facit: p̃mo ponit clericoꝝ duplicez excessum. Secũdo phibet ibi: hec igit. p̃ma subdiuidit in duas: put duo sunt excessus. Secunda ibi: sunt ⁊ alij. Alb. si.

m ¶ Sincopa. de ysse. di. .xxj. retulerũt. vñ vsus. Sincopa de medio tollit qꝫ epẽthesis auget. ỽ istis figuris vi. j. de verbo. signi. forus.

n ¶ Sub pena. ⁊ ita nõ est canon late sñie. sꝫ potius ferẽde. s. de iurepa. relatũ. vbi de hoc.

o ¶ Diuinum officiũ adqꝫ etiaꝫ sine isto precepto tenet. s. c. pbyter ⁊ ita q̃ ỽ preceptũ faciũt iobedientiã incurrũt: vñ videt qꝫ sint suis bñficijs p̃uandi pp inobediẽtiã. ar. s. de ma. ⁊ obe. illud qꝫ peccatũ paganitatis incurrit qsquis sedi apostolice obedire ꝓtẽnit. lxxx. di. si qui sunt pbyteri: ⁊ infidelis esse ꝓuincit: etiã si fidelis eẽ videat. xiij. q. i. sciẽdũ: sed hoc nõ eẽt verũ: imo qꝫ ẽ multi punirent de inobediẽtia q̃ est grauissimũ peccatũ vt pz per iura p̃dicta: sed vicas qꝫ q canonis inobedientiã incurrit cũ eo miti⁹ agit q̃ cũ eo qui iudicis iobediẽtiã incurrit. ar. j. de de. excõmu. mini. si celebrat. ⁊. ff. de arbi. cel. bernardus.

IN quadam nostra decretali epistola asseris te legisse illud fuisse nefariũ opinari quod quidã dicere presũpserunt: in sacramẽto videlicet eucharistie aquam in flegma conuerti: nam ⁊ ỽ latere christi non aquam sed humoreꝫ aquaticum mentiuntur exisse: ⁊ infra.

¶ Nos igitur ad tue supplicatiõis instantiã respondemus[b] qꝫ quidaꝫ dixerũt: sed errauerunt: xpm non fuisse verꝫ deum: sed adoptiuũ: vt miseri arriani[c]: alij xpm non fuisse verũ hominem: sed fantasticũ: vt impij manichei. ¶ Sed aduersus huiusmodi hereses. Joannes apostolus in epistola sua loquit dicens Tres sunt qui testimoniuꝫ dant in celo pater verbum[d] ⁊ spũs sanctꝰ: ⁊ hi tres vnũ sũt: per hoc intẽdens ostendere qꝫ xps sit verus deus ⁊ tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus aqua ⁊ sanguis: per hoc intendens ostendere qꝫ xps sit verus homo. naz ad esse hominis duo principaliter[e] eriguntur: videlicet corpus ⁊ aĩa: ex quorum coniunctione[f] verꝰ homo subsistit: per hoc autẽ qꝫ in articulo mortis xps inclinato capite tradidit spiritum: ỽ quo voce magna clamauerat: pater in manus tuas commendo spiritum meum: manifeste ꝓbatur: qꝫ ipse spiritum hẽbat non solum flatum vitalem[g] sed aĩam rationalẽ: de qua p̃dixerat: tristis est aĩa mea vsqꝫ ad mortez: ⁊ ptãtẽ habeo ponendi aĩam meam ⁊ iterum sumẽdi eam. ¶ Per hoc autem qꝫ vnꝰ militum lancea latus eius aperuit ⁊ cõtinuo sanguis exiuit ⁊ aqua: ꝓbatur apte qꝫ xps verũ corpus habebat. Nam de fantastico corpore nec sanguis nec aqua potuisset exire: vnde ille qui vidit testimoniuꝫ phibuit ⁊ testimonium eius est verum: qꝫ tres sunt qui testimonium dãt in terra spiritꝰ aqua ⁊ sanguis. Quod videlicet xps sit verus homo ex anima rationali ⁊ humana carne subsistens probatur ex eo qꝫ spirituꝫ vitalez emisit: ⁊ vero corpore ꝓbatur quoniã ex eo sanguis exiuit ⁊ aqua: ratiõalis quippe aĩa non posset viuificaꝛ nisi corpus humanum[h] ex quibus verus homo cõsistit. Ceterum sicut fuit verꝰ spiritus ⁊ verus sanguis ita ꝓbabile vera aqua: cũ xps sit veritas ⁊ a veritate ois fallatia sit penitꝰ aliena: nam si non fuisset aqua sed flegma qỽ de latere saluatoris exiuit: ille qui vidit ⁊ testimonium veritati perhibuit, pfecto non aquam sed flegma dixisset[i]. nec in hoc verũ regenerationis sacramentum fuisset ostensuꝫ: cuꝫ per sacramentum baptismi nõ regeneremur in flegmate sed i aqua. Neqꝫ per hoc posset ỽ argumẽto ꝓbari qꝫ i sacramento eucharistie admiscẽda sit aqua vino si de latere christi nõ aq̃: sed flegma cum sanguine profluxisset. sꝫ nec ỽa fuisset figura que sup hac re precessit in veteri testamento qñ moyses[k] virga percussit silicẽ ⁊ ex ea nõ flegma sꝫ aqua emanauit. Restat igitur vt qualiscũqꝫ fuit illa aq̃ siue naturalis: siue miraculosa: siue de nouo diuina virtute creata: siue de cõponentibus ex pte aliq̃ resoluta: ꝓculdubio vera fuit: cuꝫ naturaliter possit ⁊ ꝓpositum in componentia ⁊ elemẽtatum in elemẽta resolui: quẽadmodũ verus extitit sudor ipsius sicut gutte sanguinis decurrẽtis in terra. ¶ Cũ autẽ ad compositionem humani corporis quattuor elementa cõcurrãt videlicet: terra aqua aer ignis: ⁊ ad vegetationẽ eiusdez corporis: quattuor humores cõsimiles illis[l] conueniãt videlicꝫ sanguis cholera flegma ⁊ melãcolia vt veritatẽ humani corporis exꝑssius demonstraret vnuꝫ ex illis ⁊ vnuꝫ ex istis. Joan. exꝓssit: illa que potꝰ ex illis: ⁊ ex istis que magis mysterio congruebant: ex elementis aquam ⁊ ex humoribus sanguinem in quibꝰ duobus duo maxime sacramẽta redẽptionis videlicet ⁊ regeneratiõis elucent.

IDem in cõcilio generali.

¶ Precipit prelatis ⁊ clericis in virtute obedientie: vt nocturnũ officiũ ⁊ diurnum studiose celebrent ⁊ deuote.

OBolentes referimus: qꝫ non solum quidam minoreꝫ clerici verum etiam aliqui ecclesiarũ prelati circa commessationes sup fluas ⁊ fabulationes illicitas: vt de alijs taceamus: fere medietatẽ noctis expendũt ⁊ somno residuum relinquẽtes vix ad diurnũ concentuꝫ auiũ excitant trãscurrẽdo vndiqꝫ continua sincopa[m] matutinum. ¶ Sũt ⁊ alij qui missarum solẽnia vix celebrãt quater i ãno: ⁊ qỽ deterius ẽ itereẽ ꝓtẽnũt. ⁊ si qñ dũ hec celebrant interfint: chori silentiuꝫ fugiẽtes intẽdũt exterius collocutionibus laicoꝝ: dumqꝫ auditũ ad indebitos sermones effundunt aures intentas nõ porrigũt ad diuina. ¶ Nec igitur ⁊ similia sub pẽa[n] suspensionis penitus inhibemus: di stricte precipientes in virtute obedientie vt diuinum[o] officiũ noctur

GAne Quattuor sunt dicta vt patet in sūmario. Scōm ibi: sacerdos. Tertium ibi: quam. Quartum ibi: prelati. Ab. si.

a ¶ Conseruetur. sub fidelibus clauibus ne sinistra manus ad ea possit extendi. ī. de custo. eucha. c. i.

b ¶ Inclinet. flexis genib⁹ ꝛ potest dicere ista verba. Salue lux mundi verbū patris: hostia vera. viua caro: deitas integra: ver⁹ homo: vel ista trāsubstātiēk res iste in corpus ꝛ sanguinez tuū domine ad honorem et laudem nominis tui ad confessionem peccatorum ꝛ ad salutem animarum nostrarū: vel orationem dominicam: verba ista trāsubstantiēk res iste ꝛc. debēt dici anteqū hostia eleuetur añ illa verba: hic est sanguis me⁹. ꝛc. postea nō debent dici cum iam sint transubstantiate in corp⁹ ꝛ sanguinem.

c ¶ Puntre. ad arbitrium iudicis punientk qui hoc non seruauerunt cū pena certa hic nō statuatur. s. ō offi. dele. de causis: ꝛ. ff. de iure deli. l. i. in fi. vbicunqz enī pena nō statuitur ad arbitriū iudicis īponitur.

QAm creatura. ¶Primo ponit mādatum. Secundo premittit casum generalez ibi: Mandamus. Abbas siculus.

d ¶ Pro āniuersarijs. āniuersariū dr̄ q̄ p defuncto fit anno reuoluto a die mortis sue: sz dr̄ h anniuersarium officium scilicet quod fit quotidie pro defunctis quod facere debent sacerdotes: qz alie defunctorum solutū tur aut orationibus ꝛ sacrificijs sacerdotum aut precibus sanctorum aut ieiunijs ꝛ elemosynis cognatorum. xiij. q. ij. anime defunctorum: ꝛ quia nescimus qbus prosunt pro omnibus ō sunt facienda. ea. causa ꝛ ea. q. non estimemus nisi pro illis quos ꝓstat in mortali peccato decessisse. xx iij. q. v. placuit. Isti enī negligentes erant in officijs mortuorum. vnde mandat papa vt torporem negligētie abijciāt ꝛ missarum solennia celebrent pro anniuersarijs defunctorum conuētualiter: ꝛ pro festo cum aduenerit ꝛ missaz de feriis celebrēt quādo nō est factū ita q̄ nō dimittat officium mortuorū ꝛ in conuentu non singulariter cum paucis forsitan nolebant plures missas dicere.

num pariter ꝛ diurnum quantum eis dederit deus studiose celebrent pariter ꝛ deuote. ℞ Dno. iij.

¶ Eucharistia debet mūde seruari: ꝛ in eius eleuatione ꝛ delatione populus debet se inclinare. ꝛ quuz defert ad infirmū dz ferri in decenti habitu: ꝛ cū lumine: transgressores vero grauiter sunt puniendi.

SAne cum olim: ꝛ infra. Ne propter incuriam sacerdotū diuina indignatio grauius exardescat: districte precipiendo mandamus: quatenus a sacerdotibus eucharistia in loco singulari mundo ꝛ signato semper honorifice collata deuote ac fideliter conseruetur[a].

Sacerdos vero frequenter doceat plebem suam: vt quuz in celebratione missaruz: eleuatur hostia salutaris: se reuerenter inclinet[b]: idem faciens quū eam defert presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu superposito mūdo velamine ferat ꝛ referat manifeste ac honorifice ante pectus cum omni reuerentia ꝛ timore semper lumine p̄cedente: cū sit candor lucis eterne: vt ex hoc apud omnes fides ꝛ deuotio augeatur. Prelati autē huiusmodi mandati punire[c] non differant transgressores si ꝛ ipsi diuinam ꝛ nostram volunt effugere vltionem.

I Dez vniuersis ecclesiaꝝ p̄latis.

¶ In ecclesijs collegiatis debēt celebrari due misse collegialiter vna pro defunctis alia secunduz exigētiam diei vt pro festo si festū occurrit: vel pro feria si feria.

QAm creatura nō habeat qd pro meritis respondeat creatori: ꝛ infra. Mandamus quatenus nullum in vos torporem negligētie obrepeꝛ permittatis: quominus ꝛ pro anniuersarijs[e] defunctorum ꝛ pro festo vel feria temporum congruentia missarū solēnia quētualiter celebretis. I Dez.

¶ In die cene domini episcopus tantum in sua ecclesia debz missaz celebrare: ꝛ crisma conficere.

TE referente. ¶Ponit mandatum cui⁹ premittit causam generalez ibi: fraternitati ꝛ pone casum vt in glo. fi. Ab. si.

e ¶ Sufficiat. de cō. di. i. sufficit: ꝛ. s. e. cōsuluisti. nisi in natiuitate domini: vt ibi dicitur.

f ¶ Digne vnā. ꝛ meli⁹ est celebrare illā de die q̄ aliā. s. eo. qdam.

g ¶ Sipontina. archiepiscopus sipōtinus ī die cene dñi de antiqua cōsuetudine cōficere teneꝛ crisma in ecclesia sipōtina: sed idem archipiscopus eodē die mane de ꝛsuetudine accedit ad garganicam ecclesiā: vt recipiat ibi pegrinos ipsi⁹ loci ꝛ ibi a clerico ꝛ populo ipsius loci celebrare cōpellit: vnde sup ō īplorauit cōsilium pape ꝛ papa respōdit q̄ tantum in ecclesia sipōtina in qua tenet crisma ꝛficere debeat celebrare: ꝛ sic est ar. q̄ missa sit de substātia ꝛfectionis crismatis sicut dici ꝛsuevit q̄ sit de substantia collationis ordinum. ar. s. ō transla. inter corporalia. Ber.

PErnitiosus. ¶Primo ponit abusum quē secūdo reprobat. tertio fieri prohibet. secunda ibi: cum. Tertia ibi: ideoqz. Ab. si.

TE referente: ꝛ infra. Luz cui libet sacerdoti q̄cunque dignitate prefulgeat: vnam in die celebrare missam sufficiat[f]. nam et valde est felix qui celebrat digne[f] vnam. F. tue mandamus quatenus die cene domini in ecclesia sipontina[g] duntaxat in qua teneris crisma conficere: missarum studeas solēnia celebrare.

I Dem archiepō ablaseñ.

¶ In sacrificio altaris plus de vino q̄z de aqua ponēdū est.

PErnitiosus in tuis partibus inoleuit abusus videlicet q̄ in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio q̄z de vino. Luz ꝑm rationabilem consuetudinem[h] ecclesie generalis plus in ipo sit de vino q̄z de aqua ponendū. ¶ Jō q̄z fraternitati tue mādamus quatenus id non facias nec in tua prouincia fieri patiaris.

I Dem epō brixieñ.

¶ Ab officio ꝛ beneficio deponitur presbyter qui sine aqua ꝛ igne vel in pane fermētato vel vase ligneo sacrificat.

LIteras tuas recepimus ꝓtinētes: q⁹ cuz super excessibus p̄sbyteri ecclesie sancte brigide brixieñ. inquireres: confessus[i] est q⁹ cū quadam die hostiam ꝛ calicez non haberet in pane fermentato[k] ꝛ cypho ligneo[l] missarum solēnia celebrare presumpsit: ꝛ infra. Intellecto iteruz q⁹ predicta ecclesia per malitiam dicti presbyteri multipliciter ledebatur: inquisitionis officium iterans[m] ex eius confessionibus inueniſti: q⁹ idem sine igne[n] sacrificabat ꝛ aqua. Luz igitur vel ex aperta malitia vel nimia desipientia[o] peccasse probetur: mandam⁹ quatenus officio ꝛ beneficio perpetuo ipsum priues.

Rubrica De baptismo ꝛ ei⁹ effectu.

AAlexander tertius.

¶ Licet puer sit ter mersus in aq̄ in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritꝰ sancti: si non sit dictum ego te baptizo in noie patris: ꝛc. nō ē baptizatus.

b ¶ Consuetudinē. no. q⁹ consuetudo attēditur in sacramēto altaris: sic ēt ꝛsuetudo attēditur in baptismo: de cōse. di. .iiij. de trina. ꝛ in ipa missa cō suetudo metropolitāe ecclesie ꝛ ī alijs diuinis officijs ab alijs ecclesijs sue ꝓuincie dz obseruari. de cō. di. ij. institutio. ꝛ .xij. dist. c. vlti. sic ꝛ in matrimonio quādo attenditur. ī. de cog. spi. sup eo. ꝛ in ieunio. ī. de obser. ieiu. c. ij. §. i. ꝛ sic patet generalē ecclesie ꝛsuetudinem ab omnibus esse obseruā dam. c. di. contra morem. ꝛ sic saltez credamus q⁹ hec consuetudo a sanctis ecclesie patrib⁹ fuit instituta: quasdā enī consuetudīes solus vsus approbauit. ri. di. ecclesiasticarū. ꝛ ita solo vsu antiquoꝝ patrum ponitur plus de vino quā de aq̄ ꝛ alia rō posset assignari vinū delectabilius est ad bibēdū q̄ aq̄: ꝛ iō ponit plus de vino q̄ de aqua. nā si plus poneret de aqua nō trāsiret ita suauiter ꝛ ne horrorē generaret. vñ posset periculuz imminere: qz aqua malum stomachū facit. quare aqua misceatur cuz vino dicitur. s. eo. cum marthe. .§. quesiuisti ad fi. sicut dicitur de sanguine xpi quia sub alia similitudine sanguinem xpi bibis ne aliqs horror sit. de cō se. di. ij. panis.

LIteras. ¶Primo ponit duos excessus p̄sbyteri. Secūdo alios duos ibi: itel lecto. Tertio pūiri mādat ibi: Cum igitur. Ab. si.

i ¶ Confessus. ergo p cōuicto haberi debet. s. de ꝛfes. cū sup ꝛ. C. eo. ti. l. vna.

k ¶ Fermētato. quod qdez nō lz: qz scriptū est. nō in fermēto veteri: sz in azimis sinceritatis ꝛc. vnde dicit Aug. q⁹ si qs cōficeret ō fermētato pane in ecclesia occidētali nihil fieret de cō. di. ij. in sacro.

l ¶ Ligneo. qō nō lz de cō. di. .ij. vasa. pp hoc tñ nō min⁹ ꝛficerēt qz olī ī vasis ligneis ꝛficiebāt sacerdotes: sz pp decus ecclesie siluester papa. viij. īstituit vt vasa argētea cēnt ī ecclesia: vt ō cō. di. i. vasa ō ere aut aurichalco nō fiat calix qz ob vini vtutē eruginē pit ꝛ vomitū ꝓuocat: nec hodie ō ligno vl vitro fieri dz. ō cō. di. i. calix

m ¶ Iterans. nō sup his criminib⁹ sup qb⁹ ingsitio facta fuit: sz sup alijs. ī. ō accu. de his. ī. ō collu. c. vl. qz cria semel dimissa utex ī vltionē venire nō patimur. xxiij. q. iiij. si illic. ꝛ ō dicto vni⁹ hois ñ ē sepe q̄rēdū. ff. na. ca. sta. lz. §. vl.

n ¶ Sine igne. qō fieri nō dz qz legit: ignis in altari meo semp ardebit. ꝛ ille ignis lurit sub aqua. lxx. annis. q extinct⁹ fuit anthioco vēdēte sacerdotiū iasoni. i. q. i. sicut eunuchus. Jtē nec sine aq̄ sacrificare potuit: sed vtrūqz in calice mirtū esse debuit: qz vtrūqz de latere saluatoris exiuit. s. eo. in qu adā. ꝛ ō cō. di. ij. c. i. ꝛ. ij. alios errores. de isto sacramēto hēs de cō. di. ij. cū oē crimē.

o ¶ Nimia desipiētia. vñ ei parcēduz nō fuit. qz ab alijs q̄rere poterat. xxx vij. di. §. iij. ꝛ vlti. ꝛ. xliij. di. qui ea ꝛ de cō. di. ij. c. iij. Ber.

Rica De baptismo. Vlso de sacramēto eucharistie quo nihil ī sacrificijs mai⁹ esse pōt. de cō. di. ij. nihil. merito subijcitur de baptismo quod est sacramentū valde necessarium sine quo nemo pōt saluari. ī. e. maiores. de cō. di. iiij. c. fir-

Si quis puerum ter in aqua immerserit[a] in nomie patris ꝛ filij spiritus sancti amen: ꝛ nõ dixerit: ego baptizo te in noie[b] patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti: non est puer baptizatus[c]. Idem.

Si probabiliter dubitatur an quis fuerit baptizatus potest baptizari forma hic expressa.

De quibus dubium[d] est an baptizati fuerint baptizant his verbis premissis: si baptizatus es nõ te rebaptizo[e]: sed si nondum baptizatus es ego te baptizo ꝛc.

Item Anno.iij.arelateñ.archiepo.

Sacramentum baptismi confertur paruulis licet non credant nec intelligãt, ꝛ remittitur eis peccatũ originale. b.d. vsqꝫ ad.§. verum.

Maioris ecclesie causas[f] presertim articulos fidei continentes ad petri sedem referendas intelligit qui eum[g] querenti domino quem discipuli dicerent ipsum esse respondisse notabis: tu es christus filius dei viui: ꝛ pro eo domi num exorasse ne deficiat[h] fides ei⁹.

Quibusdam igitur questionibus: quas contra catholicos heretici mouerant: nos postulas respõdere. Asserũt enim paruulis inutiliter baptisma conferri. quod nitũtur probar illud primo ꝛ precipue inducentes: ꝙ cum ſm verbum iacobi apostoli dicẽtis in epistola sua charitas[i] operit multitudinem peccatorum: ꝛ iuxta illud testimoniuꝫ veritatis in euangelio de peccatrice que ipius pedes lauerat pꝛhibentis: dimissa sunt ei peccata multa quoniam multum dilexit: non nisi per charitatem ꝛ in charitate crimina dimittãtur: paruulis qui nec sentiunt nec consentiunt nec charitatem habent que sentientibus ꝛ consentientibus tantum infunditur peccatum non dimittitur in baptismo: ꝛ infra. Ad id autem. T. .R. ꝙ cuꝫ baptisma successerit circuncisioni[k]: absit enim vt in illã dãnataꝫ heresim incidamus que perperaꝫ affirmabat legem cuꝫ euãgelio ꝛ circũcisionez cũ baptismo ſuã dam: quoniam ſm apostolum ad galathas: si circũcidimini[l] christus nihil vobis prodest. Cum ego circuncisio tam adultis ꝙ̃ paruulis ex precepto[m] domini conferetur: ne baptismus qui successit loco ipsius: ꝛ generalior tamen existit: cũ tam viri ꝙ̃ femine[n] baptizantur: minoris videatur effectus: tã adultis ꝙ̃ paruulis est conferendus. sicut enim sine distinctione qualibet mosayca lex damabat. Anima cuius ꝓpucij caro circuncisa nõ fuerit pibit[o] de populo suo: ita nũc idistincte vox intõat euangelica. Nisi qs renatus fuerit ex aq̃ ꝛ spũ scõ nõ itrabit[p] in regnũ dei: ab hac generalitate nec serũ nec etatez excludẽs[q]. Caute tamẽ notãdũ ẽ quãtũ plus baptismus hodie cõferat xp̃ianis ꝙ̃ quondam iudeis circũcisio cõtulisset dictũ est in fine ꝑdcẽ auctoritatis iducte ꝺ veteri lege pibit de populo suo in euãgelica vero veritate subiũctũ ẽ: nõ itrabit in regnũ dei: qm̃ si originalis culpa[r] remittebatur ꝑ circũcisionis mynisteriũ ꝛ dãnatiõis piculũ vitabat. nõ tñ pueniebat ad regnũ celorum qð vsqꝫ ad mortẽ xp̃i fuit oib⁹ obseruatũ. sed ꝑ sacr̃m baptismi xp̃i sanguine rubricati culpa remittit: uitat piculũ: ꝛ ad regnũ celoꝝ ẽt puenit[s]: cui⁹ ianuã xp̃i sanguis fidelib⁹ suis misericorditer reserauit[t]. Absit eniꝫ vt vniuersi puuli pereãt quoꝝ quotidie tãta multitudo morit: qm̃ ꝛ ipsis misericors deus q neminẽ vult pire aliqð remediũ ꝓcurauerit ad salutẽ. ceteꝝ ex vi lr̃e satis pꝫ ꝑdcãs auctoritates[v] itelligẽdas eẽ tm̃mõ ꝺ adultis q hñt multitudinẽ pcõꝝ: cũ ꝺ puulis nõ possit itelligi q pcõ tm̃ origiali tenent. Silr ꝛ illa auctoritas ẽ soluẽda: qui crediderit ꝛ baptizat⁹ fuerit ꝛc. cũ ñ possint credere puuli: sꝫ adl'ti. ꝛ ob h tota auc̃tas[y]

missime tractatur etiam de eius effectu producit enĩ tres effectus: nam remittitur culpa. Item vitat dãnationis periculũ ꝛ aperit regnum celeste. j.eo.c. maiores. vide glo. de con. dis.iiij.c.ij. Ab.si.

a Si quis.immerserit idest imergẽdo dixerit in nomie.p.ꝛ.f.ꝛc. Ego baptizo. Nunqd pronomem ego est ꝺ substantia huiusmodi nõ: qꝛ plenũ generat sensuꝫ hec vox baptizo sine h pronoie ego. ar. de con. dist.iiij. retulerũt. vbi dicitur si qs ita dicit baptizo te i noie .p.ꝛ fi.ꝛc. baptizatus est: qꝛ ex quo baptizare intendit: pronomen ibi non ponitur.

b In nomine patris. de cõ. di.iiij.i synodo mlti. ar.ꝫ. di. .c. a quodã. so. illa littera i nomine trinitatis itelligit explicite: ꝛ quod sequitur in nomie xp̃i tantum dispositum fuit illud ab apostolis ex cã: vi i ꝑn. baptizant in nomie xp̃i: i quo verbo intelligitur vnct⁹ inungens. ꝛ per quẽ vngit. i. pater filius ꝛ spiritus sanct⁹: sed hodie nõ seruat forma illa: tamẽ si aliquis sic hodie baptizaret sub his verbis baptizatus eẽt lꝫ fieri non debeat vt dicit Jo. in illo.c. a quodam. hec forma baptismi que hic tradit est illa quam seruat ecclesia: seruãda est ꝛ qui omittit hãc formã nihil agit. j. ti. pri. veniẽs: saluo eo quod dicitur in nomine xp̃i: qꝛ illud itelligitur implicite: quod est in ista explicite. Et hoc dicunt quidã dictũ fuisse ex causa i ꝑmitiua ecclesia. vt ampliaretur nomẽ xp̃i in illo tempore quod nomẽ homines abhorrebãt tũc: ꝛ quod tũc implicite dicebatur in nomie xp̃i modo explicite debꝫ dici nominib⁹ triuꝫ ꝑsonaꝝ expressis vt dicit i hac decre. alias Nicolaus decepisset illos quib⁹ rñdit illos eẽ baptizatos qui baptizati erant in noie trinitatis vel in noie xp̃i tm̃ i primitiua ecclesia: vt in actib⁹ apostoloꝝ legitur: vt dicit in.c. predicto a quodã: vbi Hugo manifeste cõprobat formã que hic traditur ostendendo causaꝫ q̃re i primitiua ecclesia tẽpore apostoloꝝ baptizabant in hac forma in nomine trinitatis siue i nomine xp̃i tantũ ꝛ Nicholaus in sua responsione quã fecit in.c. a quodaꝫ rettulit se ad temp⁹ primitiue ecclesie. dixit Hugo ꝙ de hac forma que h traditur nihil est mutãdũ vel diminuendũ ſm ꝙ notauit ꝺ con. di. v. multi. b.

c Baptizatus. ar. ꝙ vbi aliquid deest de substãtia eius ꝙ exigit ad esse rei nihil actũ est. arg.i.q.vij. daibertũ. arg. ꝯtra.ꝫ. de sacra. nõ ite.c.i.ꝛ.c. vlt. vbi supplentur que emissa erant: sed illa vnctio nõ est de substantia sacramenti.

d De quibus dubiũ. sic de con. di.iiij. si nulla: ꝛ di.i. solẽnitates.ꝛ.c. ecclesie vel altaria. idẽ ꝛ in ordine. lxviij. di. presbyteri quos: ꝛ.§. sequẽti.

e Rebaptizo. dicũt qdam ꝙ si prius fuit baptizat⁹. eundẽ caracterẽ iterare non est incõueniens vt reiteret. arg. illi⁹.c. lxviij. di. presbyteri. quod nihil facit ꝛ dicũt simile qꝛ eadẽ possessio ex pluribus causis acquiritur. ff. de acquir. pos. possideri.§. si ex plurib⁹: sed hoc nõ est verũ qꝛ si ꝑmo baptizatus fuit nihil secundo additur: sed ad vocẽ refertur talis reiteratio ꝛ est signũ solũmodo qð sit baptizatus. ar. ad hoc. lxviij. di.§. qꝛ vero. verbi grã hoc dicit. arg. C. de iudi.l.ij. vbi dicit scðam manumissionẽ nihil habere vel diminuere. ala.

Maiores: Diuidit decre. hec tota in duas ptes. Primo ponit exordiũ probans magnas questiones maxime fidẽ tangentes referẽdas eẽ ad papam. Secũda ibi: ꝛ in quibusdam ponit epistolã que quattuor hꝫ partes sicut quattuor sunt questiones. Secũda ibi: verũ. Tertia ibi: Adhoc. Quarta ibi. Iteꝫ querit. prima subdiuiditur. primo ponitur hereticorum obiectio duab⁹ auctoritatibus munita. secũda ibi: ad id: ipsius solutionẽ. Tertia ibi: ceterũ. auctoritatib⁹ respondet. Ab.si.

f Causas. xvij. di. huic sedi. ꝛ. xxiiij.q.i. quotiens.

g Eum. i. petrum.

h Ne deficiat. ex hoc patet ꝙ ecclesia non potest esse nulla. xxiiij.q.i. pudenda. in fi. vbi aug. hoc probat ad idem. xi. di.§.i. ad fi. in ver. ego pro te rogaui ꝛc.

i Charitas operit. hec est ꝑma obiectio hereticorũ. ꝙ si nõ habuerimus charitatẽ: etiã si sanguinez nostruꝫ effuderimus ꝛ nostraꝫ substãtiam totam dederimus pauperibus: magis tormenta sunt ꝙ̃ corona victorie. i.q.i. vide quantum boni. vnde dicit Charitas est recta volũtas ab omnibus terrenis ac presentibus semp aduersa. de pe. di.ij. charitas.

k Circũcisioni. q̃ supplebat vicẽ baptismi in paruulis qui erãt de stirpe abrahe: in alijs autẽ supplebat fides parentũ de conse. disti.iiij. quod apud.ꝛ.c. ex quo.

l Circũcidimini. xxiiij.q.i. sic.n. circa fi. per vnã colũnam. ver. ecce ego paulus ꝛc.

m Ex precepto in veteri testamento.

n Femine. sed circuncisio ad feminas non ptinebat: sꝫ offerebantur .xviij. dist. in templum. ꝛ ibi nomen imponebatur. vnde baptismus generalior est.

o Peribit. de populo. hic colligitur ꝙ ꝑ circuncisionem saluabantur in veteri testamento sic de cõ. di.iiij. ꝙ apud ꝛ.c. ex quo. Sed contra de pe. di.i.§. iteꝫ vt xp̃s ait in fi. vbi dr ꝙ circuncisio data est abrahe in signũ iusticie nõ in causa iustificationis: sꝫ illõ intelligitur quo ad ipsũ abraham qui iaꝫ iustificatus erat: ꝛ nõ quo ad alios vel exponitur illa littera ꝛ suppletur ibi solum vel tantum. b.

p Nõ intrabit. de cõ. di.iiij. firmissime.

q Excludens. imo includit quoniam sub nomine masculino dum dixit nisi qs renatus fuerit ꝛc. femina comprehenditur. ff. de ver. sig.l.i. ꝛ de peni. distinctione .i. si quis cum telo.

r Culpa remittitur. idest originale peccatum nõ tamen penit⁹ adhuc est sublatum: sed manet in homine: nõ tñ obstat de cõ. di.iiij.c.ij.

s Peruenitur. de conse. di.iiij. per aquam.

t Reserauit. de conse.i.iiij. proprie.

u Auctoritates. scilicet iacobi. scilicet charitas operit multitudinẽ ꝛc. ꝛ illam in euangelio de peccatrice: dimissa sunt ei ꝛc.

x Saluus erit. Qui autem non crediderit nec baptizatus fuerit condemnabitur.

